



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Mulier, adultera. lix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

dimituntur ei peccata multa, quia dilexit multum.
Spera itaque & tu in Domino: ora cum Prophetā &
& dic: Miserere mei Deus secundum magnam miseri- Psal. 50.
cordiam tuam: & secundum multitudinem misera-
tiorum tuarum, dele iniquitatem meam: ut misericor-
dia magnitudo multitudinem peccatorum, & misera-
tionum multitudo, multitudinem tollat delictorum.

M V L I E R A D V L T E R A.

A dducunt ad Iesum Scribe & Pharisai mul-
ti rem in adulterio deprehēsā: & statuerunt eam
in medio, & dixerunt ei. Magister, hec mulier modo
deprehensa est in adulterio. In lege autem Moses man-
dauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicas?
Hoc autem dicebant tentantes eum: ut possent accusa-
re eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribe-
bat in terra. Cum ergo persererant interrogantes eum:
erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, pri-
mu in illā lapide mittat. Et iterum se inclinans, scriber-
bat interro. Audientes autem, unus post unum exi-
bant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus,
& mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit
ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? nemo te cōdem-
nauit? Quae dixit: Nemo Domine. Dixit autem Iesus:
Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli
peccare. O quam es in misericordia diues, quam magni-
ficus in iustitia, in gratia quā munificus Domine Deus
noster! non est qui similis sit tibi! Gratus respsicis humi-
lerius tē indicas innocentēs: misericorditer salvas etiam
peccatores. Nec ego te cōdemnabo, inquis: vade & am-
plius noli peccare. O vox misericordie: o auditu latitiae
salutaris. Auditam fac mihi manu misericordiā tuam:
qua in te speravi Domine. Sola nimivum spes apud te

CAPUT

LIX.
Ioan. 8. 10.
Leuit. 20.

Bernard. ser.
i. de Anun-
ciat. Mat.

Psal. 142.

M 2

misera-

180 EXEMPLA PECCATOR. ET PECCATRICVM.
miserationis obtinet locum: nec oleum misericordie, nisi
in vase fiduciae ponis. Hac autem vera hominis fiducia,
a se deficientis, & innitentis Dominis suo. Hac vera fi-
ducia, cui misericordia non denegatur: Propheta at-
stante, Quoniam beneficium est Domino super timen-
tes eum: & in eis qui sperant super misericordiam eius.

Pl. 32. 146.

LATRO IN CRUCE.

CAPUT

LX.

Cyprian.

Sermon. de

Passio. Chri-

sti.

Lue. 23.

Idem. Sermon.

de Cena

Dominii.

Iudicati sunt Egypti, cum in rebus super se
maris fluminibus innoventur: iudicati Sodomei,
cum subuersis eorum urbibus, flammis sulphureis cre-
marentur. Sed si in eisdem subuersoribus gerentes pa-
nitentes, temporali pena eternalis non succederet pena:
sed esse eis pro remedio supplicium, & pro absolutione
tormentum: nec contritos corde aeternum contereret &
aggravaret indicium. Sic in cruce LATRO confitemi,
non tantum indulgentiam meruit, sed Christi famili-
ris effectus, premissus est in paradisum: & factus est
particeps regni per confessionem, factus collega martyri.
Hodie, inquit Christus, mecum eris in paradiſo. Latro-
cinium damnationem meruerat & supplicium; sed co-
tritum penitentia mutauit in martyrium, & sanguinem
in baptismum. In momento impieras religionem,
crudelitas induit pietatem. & statim consummatu-
tus sanctorum & domesticus Dei, premissus est in re-
gnum, reconciliationis humanae privilegium secum fi-
rrens ad superos: quod Deo patrissant legationis fungi
honore, in seipso scripture huius experimentum conti-
nens, libero & securu adhuc penetrans presentauit. Si
in eodem articulo temporis, cum iam anima festines ad
exitum, & egrediens ad labia expirantis emerseris, po-
nitencia clementissimi Dei benignitas non aspernatur:
nec seruum est, quod verum: nec irremissibile, quod vi-
lentia

lentia
rem, nec
hora ex-
platum
Dei gratia
De Fidu
maxi-
tentia
M
pe-
ribus ab-
maxime
Netua e
tanta nee
retrahere
De mis-
tiam. M
mens, ut
meret. N
possum sa
ita deler
que dicar
indignan
mentem,
multo ma
que licet e
na deuor
procul ab
gnantem
cipes, &